24

(16)

Nicolaus pp̄ V.

Dilecti filij Salt et aplicam ben. Dilectos filios Johannem donatum Legum doctorem Marianu Angeluti et Johannem Jacobum Oratores uros qui nuper ex uri parte ad nram preſentiam acceſſerunt grato et Libenti animo ſuſcepimus / atque attendentes ure fidei et deuotionis affectum / quem erga nos Roman ecclesiam et ſedem aplicam geritis / porrectis etiam nobis ex uri parte ab eiſdem Oratoribus ſupplicationibus inclinati omnia et ſingula priuilegia inmunitates et Capitula uobis et Vniuerſitati ure per felicis recordationis Eugenii ppam iiij. predeceſſore nri uel per alium eius auctoritate conceſſa confirmamus et approbamus ac preſentis breuis tenore et patrocinio communimus / Eandem uram deuotione hortantes in dno quatinus in huiuſmodi fidei et deuotionis affectu ita deinceps permanere et perſeuerare uelitis ut a nobis et dicta ſede amplioribus prerogatiuis et priuilegijs decorari mereamini. Dat Rome apud Sanctumpetrum ſub anulo piſcatoris die Viceſimatercia Menſis Martij Pontificatus nri Anno Primo:

A. de florentiã:

71

Confirmatio Nicolai Pape quinti statutorum et privilegiorum
Civitatis Aquependentis

Dilectis filiis .. Prioribus et universitati
Terre nostre Aquependentis Urbevetan. dioc.

nicolaus v anno i